
V I N C E N T I I
REFUTATIO DODWELLI,

pag. 56.

EX ANGLICO IN LATINUM TRANSLATA.

Finem huic libro facio (Prolegomenis ad Nearchum) defensione itinerarii Nearchi, ab Arriano servati, quod ut spurium Dodwellus, ut non verax Hardouin ^{a)} et Huet ^{b)} impugnarunt. At fidem tamen ejus defenderunt Salmasius, Ufferius, Sainte-Croix, Goffelin et d'Anville; et, si memoratis horum nominibus, nova apologia supervacanea videretur, necessitas opinionem meam proprio Marte defendendi excusanda tamen erit; nam si spurium cogitassem librum, nec ad fictionem tuendam contribuere, nec ad fabulam explicandam per annos laborem impendere voluissem.

Near-

- a) Hominis mirare in mendaciis confingendis audaciam. *Hardouin* laud. a St. Croix Ex. Crit. p. 255. Ipse Hardouini editionem Plinii non vidi, at Dodwellum omnes ejus objectiones recepisse, ex Goffelino disco.
- b) Huet Com. des Anciens, p. 349. Ste Croix.